בעזרת השם

SUPERIORUM INDULTU
In
ACADEMIA LIPSIENSI

עמוד

אש ועבן

sive de

COLUMNA
IGNIS AC NUBIS

PRÆSES

M. VALENTINUS FRIDERICI,
S. S. Theologiæ Baccalaureus, Facultatis
Philosophicæ Assessor, Collegii Principum minoris
Collegiatus,

Respondens ac Autor
LUDOVICUS Gössing/ Rudolst. Svvartzb.
Phil. ac B. A. Baccalaureus.

disputabunt d. 30 Sept. M DC LXXXIX.

LIPSIÆ,
Literis CHRISTOPHORI GUNTHERI.

4.


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE



בג״ה

PROOEMIUM.



ISraelitis ex Ægypto proficiſcentibus, in viâ præcipuè tria admiranda ſe obtulerunt. Primum admirandum fuit, Veſtium ſuarum integritas; ita enim Moſes Deut. VIII, 4. שמלתך לא בלתה מעליך *Veſtimentum tuum nequaquam veteravit ſuper te*. h. e. totis quadraginta annis duraverunt veſtes, quas ex Ægypto ſecum attulerant Iſraelitæ. Advertit R. Salomo in Commentario ad h. l. ענני כבוד היו שפים ומגהצים אותם כמין כלים מגוהצים ואף קטניהם כמו שהיו גדלים היה גדל לבושן עמהם כלבוש הזה של חומט שגדל עמו *Nubes gloriæ limarunt & dealbarunt eas (veſtes), tanquam ſpeciem ſupellectilium dealbatarum. Adde parvi illorum (liberi) ſicut creverunt, ſic crevit veſtis illorum cum illis, tanquam veſtis teſtudinis quæ creſcit cum illa.* Alterum admirandum fuit pedum illæſio. Ita Cancellarius DEI Moſes l. c. ורגלך לא בצקה זה ארבעים שנה *neque pes tuus intumuit jam quadraginta annis*. Lutherus: Deine Füſſe ſind nicht geſchwollen dieſe viertzig Jahr. Tametſi horridum aſperumque, per quod pergebant, fuerit deſertum; pedes tamen ipſorum, Domino mirabiliter conſervante, illæſi identidem permanſerunt. Ubi circa vocem בצקה duas obſervant docti explicationes: altera, pes tuus non fuit conſperſus ſcilicet luto. בצק conſperſio. Ea autem fit, ſi pes ſit diſcalceatus. Unde ſunt, qui reddunt; pes tuus non fuit diſcalceatus. Senſus erit: nunquam defuerunt tibi calcei, & per conſequens nunquam pedes tui conſperſi luto aut collutulati fuere. Prædicta opinione nititur R.

 Kimchi

Kimchi in ספר השרשים. Altera explicatio eſt: pes tuus non intumuit, ita Vulgatus, Lutherus, Gerundinenſis, Cajetanus, alii. Quid enim notius quàm quod in itinere pedes intumeſcant? R. Salomo: non inflatus eſt ſicut maſſa, ad morem eorum qui diſcalceati incedunt, quorum pedes intumeſcunt. Tertium admirandum fuit nubes, quæ non minus interdiu quam noctu apparebat, qua DEUS per ſignum viſibile gloriam ſuam ſingularem eamque gratioſisſimam præſentiam Iſraelitis conſpici dabat, quæ ipſis nunquam non adeſſet, ipſosque in omni recta via, ne declinarent, ſtupendum in modum duceret. Atque poſtremum hoc eſt illud admirandum opus, quod ex Ebræorum potiſſimum mente, Bibliis præeuntibus, paulo latius diducere eſt animus. Ita vero id tractabimus, ut tria conſtituamus capita; primum aget de Cauſis internis Columnæ nubis & ignis, Materia & Forma; ſecundum de Externis, Efficiente & Fine; tertium denique de Adjunctis. Deus, qui in itinere Iſraelitis præfuit, huic quoque exercitio adeſſe clementiſſime dignetur.

CAP. I.

CAUSÆ INTERNÆ

Columnæ nubis ac ignis.

§. 1.

Notisſimum eſt, Cauſas internas eſſe Materiam & Formam. Prior eſt Materia, quæ h.l. eſt *nubes & ignis. **

*Nubes in Scripturis V. T. dicitur ענן vel עב quæ voces ſunt ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων. Accipiuntur enim vel *improprie* nunc pro ingenti multitudine Eſa. LX, 8. nunc pro afflictione Ezech. XXXII, 7. vel *proprie* pro meteoro aqueo. Loca Scripturæ ſunt Exod. XIII, 21. 22 XIV, 24. Num IX, 15. 17. 18 19. 20. 21. 22. X, 11. 34. Deut. I, 33 Nehem. IX, 12. Pſ. LXXVIII, 4. c. V, 39.

** In Scriptura אש notat (1) vel *hoſtem* Ezech XXX, 8. Cum dedero אש ignem in Ægypto. Targum עממיא דתקיפין כאשתא populos, qui ſint fortes inſtar ignis; vel *bellum* Pſal. LXXVIII, 63. Juvenes ejus devoravit אש ignis id eſt bellum. (2) *Ventum* calidiſſimum

dissimum & urentem, Joel. II, 5. Quia אש ignis devoravit habitacula deserti. Targum קדום תקיף כאשא ventus orientalis fortis, ut ignis. (3) *pudorem* Esa. XXVI, 11. videbunt ויבשו & pudefient, zelus populi: etiam אש ignis hostium tuorum devorabit eos h. e. ille ipse ignis, qui devoravit hostes tuos, devorabit & illos. Quando quis erubescit, facies ejus in ignem vertitur aut inflammatur. (4) *Examen*, probationem Zach. XIII, 9. & ducam tertiam partem באש per ignem & conflabo eos, sicut conflatur argentum &c. (5) *splendidissimum* h. l. notat *corpus*, quod Israelitis lux esse debuit, ut postea videbimus. Loca, in quibus quoad nostrum scopum occurrit, sunt Exod XIII, 21. 22. XIV, 24. Num. IX, 15 Deut. I, 33. Nehem. IX, 12. Ps LXXVIII, 14. CV, 39.

§. 2.

Materia hæc non fuit naturalis & ordinaria, sed miraculosa & extraordinaria.

Non fuit ignis elementaris seu simplex sive mixtus, flammans & urens, ut nostri ignes, alioqui vi sua urendi & comburendi plus forte huic instituto nocuisset quam profuisset. Hinc dicitur Num. IX, 15. כמראה אש *veluti aspectus ignis.* Nec fuit nubes, quæ generata fuerit ex vaporibus ascendentibus, ut solent nubes ordinarie. Non potuit esse, quomodo enim tamdiu durare potuisset, & constanter vices illas habere, quas istæ nubes habuerunt. Extraordinarius igitur non minus ignis quam miraculosa nubes fuit, maxime, si attendimus istorum subitaneum ortum ac productionem, eorundemque conservationem, Finem, usum, atque operationes, de quibus deinceps agetur.

§. 3.

Ideo autem Materia fuit miraculosa ac extraordinaria, quia sub igne ac nube ista fuit DEUS specialiter præsens.

Ita enim Moses Exod. XIII, 21. ויהוה הלך לפניהם יומם בעמוד ענן ולילה בעמוד אש *& Jehovah præcedebat eos interdiu in columna nubis, noctu vero in columna ignis.* Similiter Exod. XIV, 24. ויהי באשמורת הבקר וישקף יהוה אל מחנה מצרים בעמוד אש וענן *Fuit autem vigilia matutina respexit Jehova super castra Ægyptiorum è columna nubis ac ignis.* Sic Num IX, 18. על פי יהוה

 יסעו

יסעו בני ישראל ועל פי יהוה יחנו *Juxta sermonem JEHOVÆ proficiscebantur Filii Israel, & juxta sermonem JEHOVÆ castra metabantur.* Ad quem locum Biblia Vinariensia ita habent: Nach dem Befehl des HErrn / welchen er durch die Wolcken zu erkennen gab &c. Vel ut Glassius Lib. 5. Philolog. p. 465. pro ejus præstituto, quod non manifesta locutione, sed signo nubis testatum dabatur. Est Catachrestica. Adde Deut I, 33. יהוה אלהיכם ההלך לפניכם בדרך *Dominus DEUS vester iens coram vobis in via.* AbenEsra ad h.l. ידענו כי השם שוכן עד וקדש שמו וישב קדם סלה והכתוב ידבר כלשון בני אדם בעבור כי כח השם הלך עם ישראל כדרך מוליך לימין משה זרוע תפארתו. *Scimus quod DEUS habitet æternitatem & sanctum est nomen ejus & incolat æternitatem, Selah. Scriptura loquitur more humano, eo quod virtus DEI ibat cum Israelitis juxta viam Esa. LXIII, 12. deducens ad dextram Mosé brachio gloriæ suæ.* Digna est Glossa Abarbinelis ad eundem locum, quæ huc scribatur: vera sententia hujus loci manifesta est, quia nomen Tetragrammaton יהוה dicitur de DEO, qui creavit mundum. Dum ergo dicitur: & Dominus proficiscebatur ante eos, sensus est: Providentiam DEI specialem profectam est ante ipsos, ad custodiendum eos ab omni re mala, sicut nempe alibi dicitur: quoniam præcedit vos Dominus, & congregabit vos Deus Israelis Esa. LII, 12. Item, & transibit Rex eorum ante eos, & Dominus in capite eorum Mich. II, 13. Hæc enim omnia significant curam & Providentiam ipsius Divinam & indicat Scriptura, DEUM benedictum sua Providentia & potentia sua super ipsos fecisse in elemento aeris columnam, a cœlo in terram porrectam &c. Ad eundem modum R. Becchai fol. 78. Quia voces hæ *eundi & loco se movendi* non competunt in DEUM benedictum, idcirco ita explicanda sunt hæc verba, quod cloumna nubis proficiscens ante eos interdiu, ad deducendum eos in via; & columna ignis noctu ad lucendum ipsis, fuerint signum, quod DEUS benedictus diu noctuque sit cum ipsis Optime quoque D. Cramerus in notis Biblicis: Schönes Exempel / inquit, der Sacramentlichen Reden / der HErr zog für ihnen her / und dennoch zog nur die Wolcken- und Feuer-Seule für ihnen her / und die Kinder Israel sahen auch nichts mehr / denn nur die Seule. Und dennoch ists gewiß / daß der HErr vor ihnen hergezogen sey. Den also saget auch Moses und David Num X, 35. Psalm. LXXVIII, 2.

Exurgat

Exurgat Dominus, id est, Es stehe GOtt auff. Nicht / daß GOtt in die Wolcken-Seule verwandelt wird / nicht auch / daß die Seule ein Bedeutungs-Zeichen war des abwesenden GOttes / sondern daß GOtt in / mit und bey der Wolcken-Seule sich unsichtbar und mit einer sonderbaren Art seiner gnädigen Gegenwart gewißlich / warhafftig / und wesentlich finden ließ. Hactenus D.Cramerus.

§. 4.

Fuit autem sub Symbolis dictis singulariter ac terminative Filius DEI; qua de re fusius agunt Theologi.

Augustinus T.III. operum l.2. de Trinit. p.273. C. quidem ita habet: *In exitu filiorum Israel de Ægypto scriptum est, DEUS autem præibat illos, die quidem in columna nubis, & ostendebat illis viam, nocte autem in columna ignis, & non deficiebat columna nubis die & columna ignis nocte ante populum. Quis hic dubitet per subjectam creaturam eandemque corpoream, non per suam substantiam DEUM oculis apparuisse mortalium: sed utrum Patrem, an Filium, an Spiritum S. an ipsam Trinitatem unum DEUM, non apparet. Nec ibi hoc distinguitur, quantum existimo, ubi scriptum est: & Majestas Domini apparuit in nube* &c. Quoties enim DEUS præsentiam suam declaravit Patribus, vel mortalium rebus intervenisse, seque his exhibuisse, vel illis locutus esse memoratur, id per CHRISTUM, qui DEI Patris expressa est imago, λόγος & orator, & qui destinatus Mediator inter DEUM Patrem & homines semper fuit, esse factum, Theologi tantum non omnes censent; neque de eo dubitandum. Nam ut Tertullianus adversus Marcionem Lib 2. scribit: *Christus semper egit in DEI Patris nomine ipse ab initio conversatus est & congressus cum Patriarchis & Prophetis.* Et adversus Praxeam: *Christus ad colloquia humana semper descendit ab Adam usque ad Patriarchas & Prophetas in visione, in somno, in speculo, in ænigmate ordinem suum præstruens ab initio semper: Et DEUS in terris cum hominibus conversatus est non alius quam sermo, qui caro erat futurus.* Plura in eandem sententiam apud eum autorem leguntur. Justinus quoque Martyr & Philosophus nobilis idem multis rationibus apud Thryphonem Judæum comprobat. Quin & non soli Græci atque Latini sacrarum rerum Scriptores vetustissimi, verum etiam Syri eam

eam opinionem habuerunt, ut ex ipſorum ſcriptis percepi, ſcribit Andr. Maſius in Comment. in Joſuam Cap. I. Huc faciunt, quæ habet Druſius in Exod, Cap. LIV. pag. 222. *DEUS habitat in nobis per Spiritum ſuum, item per Sermonem ſuum.* Uterque ideo שכינה dicitur, quod reddunt *Divinitatem*; ſed ipſa vox Hebraica ſignificat proprie habitationem. Uſi ſunt ea Onkelos & Jonathan Exod. XXIX, 29. nam ubi eſt in fonte: *Habitabo in medio Filiorum Iſrael,* ipſi tranſtulerunt: collocabo Divinitatem meam in medio Filiorum Iſrael. Quænam hæc Divinitas? an Spiritus S. an potius ſermo ille, de quo legimus: *Sermo caro factus & habitavit in nobis.* Item, in quo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Duplici ergo de cauſa dici poteſt שכינה vel quia ipſe habitat inter nos, vel quia plenitudo Divinitatis in eo habitat. Ejusdem quoque ſententiæ Paulum fuiſſe ex collatione loci 1. Cor. X, 19. cum Num. XXI, 4 5. 6. liquido patebit.

§. 5.

Judæi in definiendo eo, qui ſub ſymbolis ignis & nubis Moſi atque Iſraelitis apparuit eosque per deſertum in terram Canaan deduxit, diſcordant.

Dum legunt Judæi Exod. XIV, 19. profectus eſt itaque Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Exod. XXIII, 20. Ecce ego mitto Angelum meum coram te Num. XX, 16. Et miſit Angelum ſuum & eduxit nos ex Ægypto &c. Dum inquam, hæc & ſimilia loca legunt homines iſti, perplexi ſunt, ac varia excogitarunt. Hinc in Medraſch Schemoth Rab. Sect. 2. ad Exod. III. legitur ר' יוחנן אמר זה מיכאל ור' חנינה אמר זה גבריאל ר' יוסי האריך כל מקום שהיו רואין אותו היו אומרים שם רבינו הקדוש כך כל מקום שם מיכאל נראה שם הוא כבוד השכינה *R. Jochanan dicebat, Angelus hic fuit Michael. R. Chanina dixit, fuit Gabriel. R. Joſen procerum quem ubicunque videbant eum dicere ſolebant: hic eſt Magiſter noſter ſanctus. Ita ubicunque apparuit Michael, dicebant: hic eſt gloria habitationis Divinæ.* h. e. DEUS ipſe præſens eſt. Et R. Becchai fol. 98. Col. 1. ex quodam Cabaliſta affert, ideo probabile eſſe, intelligi Michaelem, quia ille ſit ממנה על הסליחה præfectus remiſſioni peccatorum, & שר החסד princeps miſericordiæ. Sunt qui Angelum hunc appellarunt מטטרון Metatron, quod ſit מורה דרך ductor itineris, qui itinera & manſiones Iſraelitarum

caſtris

castris definivit ac designavit. Celeberrimus Commentarius in Legem, quem scripsit R. Abraham Seba, in specie in Exodum non procul ab initio pag. 64. Col. 4. in medio sequentia habet: משה בראשי תיבות הוא כמו מטטרון שר הגדול והוא שדי בחשבון מטטרון *Moses per abbreviaturam sive per principia dictionum est sicut Metatron, Princeps magnus* Dan. XII, 1. *Ille vero est Schaddai per Gematriam est Metatron*, id est מטטרון per Arithmeticam Cabalam idem valet ac שדי nimirum 314. quæ sententia etiam legitur in Talmud Sanhedrin Cap. IV. fol. 38, 2. & in R Salomone ad Exod. XXIII, 21. ad Verba: *Nomen meum in medio ejus*, ubi scribit: ורבותינו אמרו זה מטטרון ששמו כשם רבו מטטרון בגימטריא שדי *Rabbini nostri dicunt, est Metatron, nam nomen ejus est sicut nomen Domini sui. Metatron per Gematriam est* שדי *Deus omnipotens*. R. Moses Gerundinensis ad Exod. XXIII. scribit: ועל דרך האמת המלאך הזה שהובטח להם בכאן הוא המלאך הגואל אשר השם הגדול בקרבו *verissime! Angelus ille, qui heic promittitur ipsis, est Angelus redemtor, in quo est nomen illud Dei Magnum*, i. e. JEHOVA vel JAH. Rabbi Becchai in Comment. statuit, illum esse constitutum Dominum & Dominatorem omnium, Dominum totius domus DEI, & omnium Facultatum DEI, custodem & conservatorem mundi & Israelis, omnia, dicit, ipsi esse subjecta &c. Argue hinc ex Prædicatis Subjectum, quicquid etiam cœca gens Judaica opponat. Respice §. præcedentem. 4. Hæc de Materia, sequitur Forma.

§. 6.

Causarum internarum posterior est Forma, quæ sicut ignis, ita nubis fuit vel interna (*a*) vel externa (*b*) quarum illa latuit (*c*) hæc patuit (*d*).

a) Per internam intelligimus ejusmodi principium, quod per unionem sui cum materia dat esse rei. (*b*) Per externam verò, quæ in superficie ignis vel nubis hæret, & pertinet ad quartam Qualitatis speciem. (*c*) Plerarumque rerum naturalium Formæ nos latent. Quis enim scit ullius animalis, hominem si exceperis, ullius plantæ, ullius lapidis formam internam? Sicut autem rerum naturalium formas ignoramus: ita horum, ignis & nubis formam multo magis nescire nos cogimur fateri. (*d*) Patet, inquam, forma externa, quando dicitur עמוד quod proprie notat statuam, columnam, quæ stat in domo, eamque stabilit. Facit huc explicatio [illegible] Aben

Esræ ad Exod. XIII, 21. וטעם בעמוד ענן שלא היה כדמות העננים רק כדמות עמוד נטוי מן השמים על הארץ ונקרא העמוד כן בעבור שמעמיד הבית עליו Sensus verborum בעמוד ענן *in columna nubis; non fuit secundum imaginem nubium (sed) tantum secundum similitudinem columnæ extensæ ex cœlo super terram. Vocatur autem columna propterea, quod stabilitur domus super illa.* Hoc loco accipitur columna Metaphorice. Hæc de causis internis, sequuntur externæ.

CAP. II.

CAUSÆ EXTERNÆ

Columnæ nubis & ignis.

§ 7.

Externæ Causæ sunt Efficiens & Finis. Efficiens tam columnæ nubis quam ignis fuit JEHOVA.

Distinguunt alias inter Efficientem miraculorum Principalem & Instrumentalem: per illam intelligunt Theologi solum Deum; per hanc nunc Angelos, nunc homines, nunc fidem miraculosam. In columna ignis & nubis efficienda, nullibi legitur Deus fuisse usus Angelo homine, fide, sed semper solitarie JEHOVA. Quod confitetur Regius Propheta David Ps. LXXII, 18. ברוך יהוה אלהים אלהי ישראל עשה נפלאות לבדו *Benedictus Dominus DEUS, DEUS Israel formans mirabilia solus ipse.* Quæ verba L. Osiander trahit ad Christum R. Kimchi שמראה דוקא בישראל נפלאות למה כי הוא אלהי ישראל אם כן הוא לבדו הוא עושה נפלאות לא אלוהי העמים *ostendit maxime in Israel mirabilia, eo quod est DEUS Israelis. Si sic est, solus ipse facit mirabilia, non DEUS populorum.* Aben Esra עושה תמיד בעבור ישראל *facit perpetuo propter Israelitas.* Similiter fatetur Daniel Cap. VI, 27. עבד אתין ותמהין בשמיא וארעא *faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra.* תמהין & אתין, notante B Geiero ad h l. *appellantur illa, quæ communem naturæ cursum omniumque hominum exuperant vires. Additur,* pergit, *determinatio loci. In cœlo & in terra, ita, ut quicquid modo stupendum illic occurrat, soli tunc tribuendum sit naturæ Domino, ac Gubernatori supremo.* Locis aliis plurimis, in quibus solus DEUS miraculorum Efficiens dicitur, silentio præteritis. Uti autem in genere Dominus est causa miraculorum: sic in specie columnæ ignis & nubis. Exod XIII, 21.

§ 8. Fi

§ 8.

Finis est vel Columnæ ignis vel nubis. Finis Columnæ ignis fuit præcipuè partim ostendere viam, partim lucere.

1) Ostendere viam, sic enim Moses Deut. I, 33. באש לילה לראתכם בדרך אשר תלכו בה *per ignem in nocte, ut ostenderet vobis viam, per quam ambularetis.* R.Salomo annotat ad לראתכם sequentia: כמו להראותכם וכן לנחותם הדרך וכן לשמיע בקול תודה וכן ללכת לגיד ביזרעאל לנהותם *Vox* להראותכם *est integrũ* לנהותם *sicut* Exod. XIII, 21. *ad ducendum per viam, & sicut* לשמיע *Ps. XXVI, 7. ut audire facerem vocem confessionis. Et sicut* לגיד 2.*Reg. IX, 15. qui eat, ut renunciet in* Izrehel. Similiter notavit Aben Esra, Patach pertinere ad ה omissum.

2) Lucere. Ita Moses Exod. XIII, 21. לילה בעמוד אש להאיר להם *Noctu in columna ignis, ut luceret eis.* Et Exod. XIV, 20. ויהי הענן והחשך ויאר את הלילה *Et fuit nubes & obscuritas, & illuminavit noctem* &c. R.Salomo: למצרים ויאר עמוד האש את הלילה לישראל והולך לפניהם כדרכו ללכת כל הלילה והחשך של ערפל לצד מצרים (*Obscuritas erat*) *Ægyptiis & illuminavit columna ignis noctem Israelitis, & ibat ante eos juxta viam suam, ut irent tota nocte & obscuritas caliginis lateri Ægyptiorum.* Idem habent Vinariensia: Diese Wolcken-Seule war auff einer Seite gegen die Aegypter stockfinster/daß sie langsam in der Finsterniß ziehen musten; an der andern Seite gegen die Israeliten war diese Wolcken-Seule licht helle/daß sie geschwind kunten durchziehen durch das Meer. Ita & David Psalm. LXXVIII, 14. וינחם כל הלילה באור אש *& deduxit eos tota nocte in lumine ignis.* R.Kimchi: כי כל הלילה היה להם עמוד אש עד בא אור היום שלא היו צריכים לאור נר לילה כי גם בחנותם היה עמוד האש על המשכן להאיר להם *Nam tota nocte erat eis columna ignis, donec veniret lux diei. Non indiguerunt luce lucernæ nocturnæ, quia etiam cum castrametarentur, erat columna ignis super tabernaculum, ut luceret eis.* Conf. Nehem. IX, 12. 19. Ps. CV, 39. Expandit ignem, qui erat in ista nube, i.e. lucida, hæc nubes noctu castra universa collustrabat, instar vastissimæ cujusdam laternæ, ne opus esset ignibus per castra succendendis. Non tamen fuit ignis verus, verum rutilans solummodo fulgor, qualis in nubibus, solares radios recipientibus; hoc colligitur ex Num. IX, 15. כמראה אש

§ 9.

Finis Columnæ nubis præter oſtenſionem viæ fuit tum ductus (*a*) in via, tum motus (*b*) ac quies Iſraelitarum, tum ab æſtu & cœli injuria protectio (*c*) tum denique Iſraelitarum ab Ægyptiis diſtinctio. (*d*)

(*a*) Ductus in via probatur ex Exod. XIII, 21. ויהוה הלך לפניהם יומם בעמוד ענן לנחתם הדרך *Et Jehova præcedebat eos interdiu in columna nubis, ut deduceret eos per viam* R. Salomo ad לנחתם הדרך commentatur: נקוד פתח שהוא כמו להנחותם לראותכם בדרך אשר תלכו בה שהוא כמו להראותכם אף כאן להנחותם על ידי שליח ומי הוא השליח עמוד הענן והקב״ה בכבודו מוליכו לפניהם ומכל מקום את עמוד הענן הכין להנחותם על ידו שהרי על ידי עמוד הענן הם הולכים עמוד הענן אינו לאורה אלא להורותם הדרך *punctatio patach (in voce* לנחותם) *est ſicut Nehem. IX, 19.* להנחותם *(ſicut eſt Deut. I, 33.)* לראותכם *ad videre faciendum vos in via quam ambulabitis, eſt ſicut* להראותכם *(ſic) etiam hic* להנחותם *ad portandum eos miniſterio nuncii. Ecquis eſt ille nuncius? Columna nubis. Quamvis Deus benedictus in gloria ſua ire faciat eum ante illos, nihilominus tamen columnam nubes diſponit, ad ducendum eos miniſterio illius. Certe miniſterio columnæ, nubis procedebant. Columna nubis non erat ad lucem, ſed ad oſtendendum eis viam.* Similiter dicitur Nehem. IX, 19. את עמוד הענן לא סר מעליהם ביומם להנחותם בדרך Columna nubis non receſſit ab iis interdiu, ut deduceret eos per viam. Aben Eſra ad את עמוד ſic ſcribit: מלת את דבק עם הפעל הוא העמוד שלא סר מעליהם ולעולם יבא עם הפועל זה ומעט אחרים עמו כמו ואת מלכנו שרינו כהנינו ואבותינו לא עשו תורתך ובא הארי ואת הדוב וכאשר זה *vocula* את *cohæret cum verbo illo* העמוד *columnæ, quæ non receſſit ab illis perpetuo autem convenit cum verbo. Præter hunc (locum) ſunt pauci alii cum ipſo, ſicut (Nehem. IX, 34.)* ואת מלכינו *& Reges noſtri, Sacerdotes noſtri non fecerunt legem tuam (ſic 1. Sam. XVII, 34.) & veniebat leo* ואת הדוב *& urſus & tollebat agnum.* Eſt ergo Enallage Accuſativi cum particula את pro Nominativo. Plura Exempla habet Glaſſius lib. 3. Phil. Sacr. Tract. I. cap. 29 pag. m 94. Sennertus Idiotiſm Can. 48. p. m, 37. Allatis teſtimoniis adde, quod David habet Pſ LXXVIII, 14. וינחם בענן יומם וכל הלילה באור אש *Et duxit eos in nube interdiu & tota nocte in lumine ignis.* Duxit, inquit, eos ſcil. ſenſim magna cum cura & circumſpectione, inſtar paſtoris, gregem ducentis. Nam נחה eſt dedu-

deducere aliquem viæ ignarum per ſemitas rectas, ceu Deus ſervum, Abraham, in via veritatis Gen. XXIV, 28. Iſraelem errantem ac percuſſum in viam rectam Jeſ LVII, 17. 18. Conf. Pſ. LXXIII, 24. Conſilio tuo תנחני tenes manum meam ſive ducis me Pſ. CXLIII, 10. & XLIII, 3. ſpiritus tuus &c. Dixi *ſenſim*; noſtrum autem non eſt, ambages illas eremiticas accuſare alicujus vel imprudentiæ, vel negligentiæ, ſicut ſtupidus ovium grex paſtoris ſui ductus judicare non debet. B. Lutherus Tom. I. Altenb, pag 742. b explicans Pſal. LXVIII, 4, allegat prædictum locum Exod XIII, 21, 22. & addit ſequentia: Da war kein Weg in der groſſen wilden Wüſten/ auch keiner in der Lufft/ da die Wolcke und das Feuer gieng dafür/ und führet Gott in Araboth (quæ vox extat Pſ. LXVIII, 4.) das iſt/ in ungebähnten/ wilden/ wüſten Wegen. Alſo iſt ſeine Art/ Er führet gern wüſte und wilde Wege/ das ſind alle Wege des Glaubens/ welcher führet/ nicht wie die Sinn der Vernunfft weiſet/ ſondern ſtehet gelaſſen/ läſt ſich Gott führen/ wil und kan auch nicht wiſſen/ wohin/ wie fern/ wodurch oder welche Zeit?

b) Motus ac quies pateſcit ex Num. IX, 17. ולפי העלות הענן מעל האהל ואחרי־כן יסעו בני ישראל ובמקום אשר ישכן שם הענן שם יחנו בני ישראל *Quum autem diſcedebat nubes à tabernaculo, poſtea proficiſcebantur Filii Iſrael, atque in loco, in quo manebat nubes, ibi caſtrametabantur Filii Iſrael.* R. Salomo: כתרגומו אסתלקות וכן ונעלה הענן ולא יתכן לכתוב ולפי עלות הענן כעלה הענן שאין זה לשון סלוק אלא צמוח ועליה *Targumicè, elevata eſſet; vel ſic, cum ſubducta eſſe nubes. Non autem convenit ſcribere, cum diſcedebat nubes, ergo evanuit nubes, quia non eſt ſermo remotionis, ſed ortus & aſcenſus.* Idem dicit Moſes v. 18. על פי יהוה יסעו בני ישראל ועל פי יהוה יחנו כל ימי אשר ישכון הענן על המשכן יחנו *Juxta ſermonem Jehovæ proficiſcebantur filii Iſrael, & juxta ſermonem Jehovæ caſtrametabantur: omnibus diebus, quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manere ſolebant.* R. Salomo ad verba priora: *juxta ſermonem Jehovæ proficiſcebantur*: שנינו במלאכת המשכן כיון שהיו ישראל נוסעים היה עמוד הענן מתקפל ונמשך על גבי בני יהודה כמין קורה תקעו ולא היה מהלך עד שמשה אומר קומה יהוה וג׳ בספרי ונסע דגל מחנה יהודה *Diſcimus de opere tabernaculi, quum Iſraelitæ proficiſcerentur, fuit columna nubis circumvoluta & protracta ſuper filios Jehudæ tanquam ſpecies trabis, Tubæ ſonabant, ſed nullus progrediebatur, donec Moſes diceret: ſurge JE-*

HOVA.

HOVA. *Hoc in libro Siphri: & profectum est vexillum castrametationis Jehudæ;* Et ad verba posteriora: *Juxta sermonem Jehovæ castrametabantur,* scribit idem Raschi: כיון שהיו ישראל חונים עמוד הענן מתמר ועולה ונמשך על גבי בני יהודה כמין סוכה ולא היה נפרש עד שמשה אומר שובה יהוה רבבות אלפי ישראל הוי אומר על פי יהוה ביד משה *Quum Israelitæ castrametarentur, columna nubis ascendebat, & abibat & protrahebatur super filios Judæ, tanquam species rami, neque expandebatur, donec Moses diceret: revertere Jehova, ad myriadas (millia) millium Israelis.* *Dicit Num. IX, 27. super os Domini in manu Mosis.* Mora ista nubis erat interdum longa, interdum brevis: *Longa,* ut Num. IX, 19. ובהאריך הענן על המשכן ימים רבים ושמרו בני ישראל את משמרת יהוה ולא יסעו *Quum vero morabatur nubes super tabernaculum diebus multis, tunc observabant filii Israel custodiam JEHOVÆ & non proficiscebantur, imo mensem & ultra morabantur.* Num. IX, 22. Intra tempus moræ non pinxerunt cucurbitas, sed fecerunt opera DEO grata, ut Lucas Osiander ait ad h l. exercebant ceremonias divinitus institutas, sacrificabant, vel ut Biblia Vinariensia: Sie verrichteten den Gottesdienst/ welchen der HErr verordnet hatte mit Opffern und andern Ceremonien/ die Er ihnen geboten hatte. *Brevis* verò mora v. 20 ימים מספר *diebus paucis* pro ימים ימי מספר aut ימי מספר *diebus numeri.* Ubi Vulgatus rectè castigatur ab Amama ad h. l. quod omiserit vocem מספר. Sic Gen. XXXIV, 3. Homines numeri id est pauci, Ita Deut. IV, 27. eritis viri numeri, id est pauci. Huc R. Bazaleel folio 170. Col. 2. a. mox in principio ימים מועטים כלומר שימים מועטים נקראים ימים מספר לפי שהכל יכול לספר אתם אבל אין פירושו ויש שיהיה על המשכן ימים מספר כלומר שימים הוא מספרם דהיינו מיעוט ימים שנים דאם כן זהו יומיים הכתוב אחריו *Dies sunt pauci, quasi diceret, dies pauci vocantur dies numerationis, eoquod quis facile possit numerare eos, sed non est explicatio verborum illius, quando nubes diebus paucis erat super tabernaculum, quasi diceret: enumeratio eorum est ad minimum dierum duorum. Si sic est dierum duorum, ut scriptum est postea, v. 22.* Cur tales circumstantias addiderit DEUS, causam dat Rambam in More Nevochim p. 512. Ratio, inquit, illorum est, ut miraculum illud confirmetur, & omnes cogitationes, quas tunc prophani populi de illo negotio habuerunt,

erunt, & etiamnum habent, tollerentur, quaſi nimirum Iſraelitæ incerti oberraviſſent ac neſciviſſent, quò vel quanam via ire deberent &c.

(c) Ab æſtu & cœli injuria protectio. Inſinuat hoc Regius Propheta David Pſalm CV, 39. פרש ענן למסך *expandit nubem in tentorium.* Bibl. Vinarienſia: Ihnen zum Schutz. Oſiander: DEUS nube interdiu eos operuit, ne ardore ſolis affligerentur, ne in itinere æſtu ſolis continuo ac vehemente, qualis eſt in Africa, læderentur debiliores, præſertim infantes aut fœminæ. Kimchi: אינו סכך למעלה אלא כמו יריעה לפניהם כי הענן לפניהם היה בלכתם אבל בנוחם היה עליהם עד שהיו נוסעים ואפשר כי מלת למסך כולל פניהם בלכתם ובנוחם *Non illa nubes texit ſupra tantum tanquam velum ante eos, ſiquidem nubes ante eos fuit, cum proficiſcerentur, ſed & cum quieſcerent illi, fuit ſuper eos, donec proficiſcerentur & poſſibile eſt, quod vox* למסך *comprehendat reſpectus illos: cum proficiſcerentur & cum quieſcerent.* Illud למסך tegmen vel velamen erat ejusmodi, quale oſtiis obduci ſolet, ne pateat cuivis introſpectio. Ita מסך de oſtii tabernaculi velamento legitur Exod. XXVI, 36. Cap. XXXV, 15 ſeq. Num. III, 26. &c. Hanc nubem intendit Eſaias, quum ſermo eſt ipſi de cuſtodia divina Cap IV, 5. וברא יהוה ענן יומם *& creabat Jehova nubem per diem.* Abarbinel הוא לדעת המפרשים כמו זה שאמר ביציאת מצרים לא ימיש עמוד הענן יומם ועמוד האש לילה לפני העם כי היה סוכך אז הקדוש ברוך הוא עליהם *Illud eſt juxta ſcientiam interpretum, quemadmodum dixit in egreſſione ex Ægypto Exod. XIII, 22. non auferet columnam nubis interdiu, neque columnam ignis noctu ante populum, quia obtegebat tunc ſanctus benedictus DEUS eos.* Poſt pauca ad verba על כל כבוד חפה *ſuper omnem gloriam erit protectio,* dicit idem Judæus: שאותו ענן אשר יהיה סוכך עליהם תהיה אליהם סוכה לצל יומם מחורב רוצה לומר להצילם מחורב חום השמש וגם כן יהיה למחסה ולמסתור ביום זרם ומטר &c. *Illa nubes, quæ tegit eos, erit, eis tugurium ad umbram interdiu præ æſtu. Vult dicere: ad liberandum eos ab æſtu caloris ſolis: etiam erit refugium atque latibulum in die inundationis & pluviæ.*

d) Iſraelitarum ab Ægyptiis diſtinctio. Exod. XIV, 20. ויבא עמוד הענן בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל

Et

Et venit columna nubis inter turmam Ægyptiorum & inter turmam Iſrael. Raſchi: משל׳ למהלך בדרך ובנו מהלך לפניו באו לסטים לשבותו נטלו מלפניו ונתנו לאחריו בא זאב מאחריו נתנו לפניו בא לסטי׳ לפניו וזאבים מאחריו נתנו על זרועו ונלחם כך אנכי תרגלתי לאפרים קחם על זרועותיו *Similitudo itineris in via. Cum Filius (patris alicujus) ambulat ante ipſum, veniunt prædones, ad captivandum eum, imponit ſe ante eum, & imponit ſe poſt eum. Venit Lupus poſt ipſum, ponit ſe ante eum, venit prædo ante illum & Lupi poſt illum, ponit ipſum ſuper brachium ſuum & pugnat. Sic Hoſea XI,3. Ego aſſuefeci ire Ephraim, cepit eos ſuper brachiis ſuis.* R. Juda Filius Bezaleel in explicatione ſua ſuper Raſchi pag. 84 Col. 8. in medio ſequentia profert: הלסטים שבאו היינו המדבר שאינו ישוב העולם והוצרכו למלאך ללכת לפניהם להורות לפניהם הדרך שהיו נבוכים במדבר. והזאבים שבאו מאחריו הם המצרים והלסטים שבאו לפניו אח״כ הוא הים שהיה לפניהם ומצרים לאחריהם. ובא לתקן במשל הזה אע״ג דהיה המלאך הולך לפניהם להורות להם הדרך עתה בא אחריהם להבדיל בין מחנה מצרים וגו׳ וכאשר היו צריכין למלאך לפניהם להעביר אותם הים והמצרים לאחריהם. נטלם על זרועתיו להעביר אותם הים ופירש זה על פסוק ויבא ולא על פסוק ויסע שבפסוק הזה נאמר ויבא בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל נזכר בו בפירוש שלכך הלך להציל אותם מן המצרים כמו שנזכר במשל ועוד שבא לומר לך כי ויבא קאי על המלאך ולא על הענן ומפני זה פירש רש״י ויבא מיד אחר ויסע מלאך שלא כסדר *Latrones veniunt h.e. deſertum, in quo non eſt habitatio hominis. Et opus habebant Angelo, ut iret ante illos ad oſtendendum illis viam, qui erant perplexi in deſerto, & Lupi venerunt poſt eos, illi erant Ægyptii, & prædones venerunt ante eos, poſt eos erat mare, quod fuit ante eos & Ægyptii poſt eos. Et explicat improprie hoc: quamvis Angelus iverit ante eos ad ducendum eos in via, nunc venit poſt eos ad dividendum inter turmam Ægyptiorum &c. Et quum opus haberent Angelo ante eos ad traducendum eos mare & Ægyptios poſt eos ſuſtulit brachiis ſuis, ut transmitteret eos in mare. Atque hæc eſt explicatio ſuper textum* ויבא *& venit, non autem ſuper textum:* ויסע *& profectus Exod. XIV,19. Nam in textu hoc dicitur: & venit inter turmam Ægyptiorum & inter turmam Iſraelitarum. Memoratur in ea explicatione, quod ideo exiverit, ut liberaret eos ab Ægyptiis, ſic ut memorabatur improprie: Porro dicit tibi quod* ויבא *quidem de Angelo, non autem de nube & propterea explicat Raſchi* ויבא *è*

loco

loco alio per ויסע *& profectus est Angelus non in ordine.* Pulchrè B.Lutherus Tom 3. Altenb pag. 609: Dieses ist ein herrliches Wunderwerck / daß den Israeliten GOTT des Tages eine weisse Wolcken-Seule / und des Nachts eine Feuer-Seule am Himmel gestellet hat / darnach die Kinder Israel auff der Reise sich richten solten. Denn GOtt wolte damit zu verstehen geben / daß Er gegenwärtig bey seinem Volcke seyn wolte / sie für ihren Widerwärtigen schützen / und mit Rath und That nicht verlassen / in allerley Gefährligkeiten / sondern ein Auskommen in der Trübsal geben / daß mans ertragen könne. Applicat hoc B. Vir ad Christianos; Wir Christen wandeln auch aus Aegypten / aus dem Reich des Teuffels und der Sünden / nach dem gelobten Lande / das ist / nach dem Ewigen Leben / und kommen in die Wüsten / das ist / in allerley Trübsal / Noth und Anliegen / da wüsten wir den Weg nicht zu treffen / daß wir heraussen kämen und dieselbigen überwinden könten. Aber GOtt gibt uns Geleits-Leute / als des Tages die Wolcken- und des Nachts die Feuer-Seule / das ist / die Predigt des Göttlichen Worts und den Brauch der Hochwürdigen Sacrament / die leuchten und scheinen uns für / daß wir den Weg in der Wüsten treffen und finden mögen zum Ewigen Leben.

CAP. III.

ADJUNCTA

columnæ nubis ac ignis.

§. 10.

Adjuncta sunt Numerus, Tempus, quies & motus. De numero nubium non est una omnium sententia,* probabiliter ** una duntaxat fuit nubes in itinere Israelitarum.

* RAschi ad Num. X, 34. *Et nubes Jehovæ (erat) super eos interdiu,* ita commentatur: שבעה עננים כתובים במסעיהם ארבעה מארבע רוחות ואחד למעלה ואחד למטה ואחד לפניהם ממכך את הגבוה ומגביה

את

את הנמוך והורג נחשים ועקרבים *Septem nubes descriptæ sunt in itineribus illorum, quatuor ex quatuor plagis una supra, altera infra; tertia ante eos, attenuans id quod erat altum & exaltans id, quod erat depressum, imo occidebat serpentes & scorpiones.* Mentem R. Salomonis clarius expressurus R. Bezaleel in Comment. suo ad R. Salomonem pag. 171. Col 2. in principio sequentia profert: ז' עננים כתובים כך תניא בספרי וענן יהוה עליהם יומם ובענך עומד עליהם ובעמוד ענן אתה הולך לפניהם ובהאריך הענן על המשכן ובהעלות הענן ואם לא יעלה הענן כי ענן יהוה על המשכן septem nubes scriptæ fuerunt, juxta traditionem in Siphre Numer. X, 34. Et nubes Domini super eos interdiu. Num. XIV, 14. Et nubes tua stabat super eos Num. XIV, 14. Et in columna nubis progrediebaris ante eos. Num. IX, 19. 22. Cum verò morabatur nubes super tabernaculum Exod. XL, 36. & adducendo nubem Exod. XL, 17. Et annon ascendit nubes, cum (extet in Mose) Exod. XL, 38. nubes Domini super tabernaculum. Refer huc quod extat in Bemidbar Rabba Sect. I. & Tanchuma: שבעה עננים היו מקיפין את ישראל במדבר מלמעלה ולמטה וד' רוחות העולם ואחד הולך לפניהם ומכה להם נחשים ועקרבים ומשוה להם את ההרים ואת העמקים ושורף את הקוצים ואת הסירות ומעלה עשן ורואין אותו כל מלכי מזרח ומערב והיו או' מי זאת העולה מן המדבר וגו' *Septem nubes cingebant Israelitas in deserto supernè infra, quatuor ad quatuor plagas mundi, una denique quæ præcedebat eos, percutiens ipsis serpentes & scorpiones, æquans illis montes & valles, comburens spinas & sentes & ascendere faciens fumum, quem cum viderent Reges orientis & occidentis, dicebant, quis est iste, quis ascendit è deserto Cant. III, 6.* Sunt qui statuunt duas, adducti loco Exod. XL, 39. Quia nubes Domini erat super tabernaculum interdiu, ignis verò erat noctu in eo. Item Num. IX, 15. Quô die erectum fuit tabernaculum, nubes texit tabernaculum super tentorio testimonii & vespere fuit (illa nubes) sicut aspectus ignis super tabernaculo usque ad mane. Potuisse esse duas, Lyranus ad Exod. XIII. & XIV concludit. *Quid, autem,* inquit, *verius sit, non bene apparet ex ipso Scripturæ textu, certum est tamen quod utroque modo potuit esse, quia totum illud fiebat divino miraculo.*

** Unam fuisse nubem ex Num. IX, 18. 19. 21. 22. & 1. Cor. X, 1. statuitur, ubi Paulus ait: Patres nostri omnes ὑπὸ

τὴν

τὴν νεφέλην erant. Syrus ܬܚܝܬ ܥܢܢܐ *ſub nube*, ubi & Moſes & Paulus & Syrus in Singulari loquuntur non Plurali, de una nube, non de pluribus nubibus. Dicimus, nubi illi conjunctam fuiſſe ſpeciem ignis, eidemque quaſi incluſam, extra fuiſſe nubiloſam, intra verò igneam. Quemadmodum ignis materialis comitem habet fumum fulgurque conſpicitur ex obſcura nube: ſimiliter glorioſus ille ignis, Tabernaculum totum intus replens, exterius nube ac caligine circumdabatur. Adſtipulari videtur par Rabbinorum eruditiſſimum Nachman & AbenEſra. R Moſe bar Nachman ad Exod. XL, 34. אמר כי הענן יכסה את האהל מכל צד והוא מכוסה וטמון בו וכבוד י״י מלא את המשכן כי תוכו מלא הכבוד כי הכבוד שוכן בתוך הענן תוך המשכן כענין שכ׳ בהר סיני אל הערפל אשר שם האלהים *Dicit, quod nubes operuerit ex omni latere Tabernaculum adeo ut illud tectum & abſconditum fuerit in ea & gloria Domini repleverit Tabernaculum, quia interius plenum fuit gloria (igne & luce) quia gloria habitavit in medio nubis, intra tabernaculum, ſicut in monte Sinai de quo dicitur: & Moſes acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus Exod XX, 20.* AbenEſra ad Exod. XL, 38. dicitur ibi: quia nubes Domini erat ſuper Tabernaculum interdiu ואש תהיה לילה בו *& ignis erat noctu in eo* (Tabernaculo) *vel in ea* (nube) Suffixum ו vel referri poteſt ad משכן vel ad ענן, utrumque eſt Maſculini Generis. AbenEſra refert ad ענן his verbis: בענן או במשכן והראשון נכון *In nube an in tabernaculo? prius eſt rectum.*

§. II.

Tempus hujus nubis eſt (1) falſum vel verum: illud ſtatuit Abarbinel (*a*) qui hanc nubis ac ignis columnam à mundi primordio creatam aſſerit; nos contra ad hunc ſaltem peregrinationis Iſraelitarum ex Ægypto in terram Canaan actum productam eſſe cenſemus. (*b*). (2) Tempus eſt diurnum vel nocturnum (*c*) hujus nubis.

a) Abarbinel ad Exod. XL. in Commentario ſuo ita: Dico itaque, inquit, Deum creaſſe die primo nubem quandam ad glo-

riam suam, non generatam è vaporibus ascendentibus ut reliquæ nubes, quia tum nulli adhuc vapores erant, sed creavit nubem illam ex nihilo, ut reliquas creaturas diei primi: & quia illa nubes erat turbida & crassa, ideo dicit de ea Scriptura: *Et tenebræ erant sub faciem Abyssi.* Post è vestigio creavit DEUS illo die & lucem divinam creatam, quæ vocatur apud nos gloria Dei, fecitque ambo illa statim, ut inservirent ad faciendam diem ac noctem; Luce quippe illa apparente & lucente, factus est dies, stante nube illa densa & tenebricosa circa eam & lucem ejus abscondente, facta est nox. Et hoc est, quod dicitur: *& distinxit Deus inter lucem & tenebras, & vocavit Deus lucem diem, & tenebras noctem vocavit;* distinxit nempe usum hujus à tempore usus illius & præfixit uni terminum suum in die alteri terminum suum noctu &c.

b) Deus Ter Optimus Ter Max. pro illa hora adeo ad certum tempus extraordinarie ac miraculose creavit & produxit, illisque, quamdiu libuit, pro signis ac symbolis gloriosis gratiosæ suæ præsentiæ uti, conservavit: postmodum iterum procul dubio in nihilum redegit.

e) Conspectam fuisse nubem partim interdiu partim noctu, sequentia evincunt Scripturæ loca. Exod. XIII, 21. 22. Num. IX, 15. 21. Deut. I, 33. Nehem. IX, 12. 19. Ps. LXXVIII, 15. nubes illa die erat lucida, ob præsentiam solis supra Horizontem, noctu verò ob ignem, uti dictum, poterat facilè à nubibus aliis discerni. Huc Vinariensia ad Num. IX, 15. Die Wolcke scheinete des Nachts feurig und erleuchtete die Israelitischen Läger/ konte auch leichtlich des Tages von den andern Wolcken unterschieden werden/ weil sie sich nicht/ wie andere Wolcken/ von Winden bewegen ließ/ sich auch also wuste zu schicken/ daß sie nicht schneller fortgieng/ als so viel tausend Weiber/ Kinder/ Schafe und dergleichen folgen kunten. Wenn das Lager auffbrechen solte/ so ließ sie sich sehen vor der Fahnen des Fürsten Juda/ die die erste war und den Vorzug hatte für andern Stämmen/ und richteten sich dieselben nach dem Stamm Juda. Wenn sie sich solten lagern/ machte sie sich wieder zur Wohnung/ welche mitten unter den Gezelten war.

§. 12.

Nubes interdum quiescebat, * interdum movebatur. **

* Adjuncta quies illa signum erat Israelitis commorandi Num.IX,18. כל ימי אשר ישכן הענן על המשכן יחנו *Omnibus diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manere solebant.* R. Salomo כיון שהיו ישראל חונים עמוד הענן מתמר ועולה ונמשך על גבי בני יהודה כמין סוכה ולא היה נפרש עד שמשה אומר שובה יהוה רבבות אלפי ישראל הוי אומר על פי יהוה וביד משה *Quum Israelitæ castrametarentur, columna nubis ascendebat & abibat & protrahebatur super dorsa filiorum Judæ tanquam species rami, neque expandebatur, donec Moses diceret: revertere Jehova millia millium (ad myriadas) Israelis. Fuit dicens Num.IX,23. super os Domini & ministerio Mosis.* Sic Num. IX,19. ובהאריך הענן על המשכן ימים רבים ושמרו בני ישראל את משמרת יהוה ולא יסעו *Cum verò morabatur nubes super tabernaculum diebus multis, tunc observabant Filii Israel custodiam Jehovæ & non proficiscebantur.* Cur diebus multis? Licet verba ista minus necessaria alicui videantur; tamen maximè fuerunt necessaria, ut miraculum confirmaretur magis magisque. Egregia habet Rambam More p.512. Custodiam Jehovæ, dicit Moses, observabant h.e. ut habent Vinariensia: Sie verrichteten den Gottesdienst / welchen der HErr verordnet hatte mit Opffern und andern Ceremonien / die er ihnen geboten hatte. Aben Esra ad præcedentia: ואם היה מאריך והנה דרך כלל ואחר כן אמר ימים מספר יסעו או יחנו על פי יהוה *Et si morabatur, & ecce! generaliter, postea verò* (versu sequente) *dicit* (specialiter) *diebus paucis profecti aut castrametati ad sermonem Jehovæ*; Sic & Num. IX,20. ויש אשר יהיה הענן ימים מספר על המשכן על פי יהוה יחנו *Et erat, cùm esset nubes diebus numeri super tabernaculum ad sermonem Jehovæ manebant.*

** Motus verò adjunctus probatur Num.IX,20. על פי יהוה יסעו *ad os Domini profecti sunt.* R.Salomo: ופעמים כלומר *vult dicere: & incessus.* R. Jehuda filius Bezaleel p.170 Col. 2.a. mox in principio ad R. Salomonem: כמו ולפעמים נאיכו כמו היש יהוה בקרבנו *quemadmodum & incessus & non illud sicut* (Ex.XVII,7.) *estne Jehova in medio nostri annon?* Porrò motus ille probatur Num IX,21.

ויש אשר יהיה הענן מערב עד בוקר ונעלה הענן בוקר ונסעו או יומם ולילה ונעלה הענן ונסעו *& erat cum esset nubes à vespera usque ad mane & sustollebatur nubes in mane & proficiscebantur vel die vel & nocte, & sustollebatur nubes & proficiscebantur.* Aben Esra ad verba או יומם ולילה scribit: הנה פעמים יסעו בלילה ויש אומרים כי פירושו יומם ולילה כמשמעו והוא הנכון בעיני *Ecce incessus! profecti sunt in nocte; sunt qui dicunt, quod explicatio* יומם ולילה *sit secundum literalem (non proverbialem) sensum, id quod etiam certum est in oculis meis.* Sic Num. IX, 22 בהעלותו יסעו *& in sustolli eam, proficiscebantur.* Vide § 9. (*b*) ubi plura hac de re.

Atque ita istam, omni populo hostium circumcirca terribilem columnam, illam totis exercitibus Israeliticis exoptatissimam diurnam & nocturnam custodiam consideravimus. Plura addi potuissent, sed *δεῖ καιρῷ λατρεύειν, καὶ τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι.*

בנל״ך ולא״ע״ל

תוספות

1.

HEbraeis Nomen JESUS non tribus, sed quatuor literis scribitur, h. m. ישוע vide 1. Chron. XXIV, 1. licet ille Jeschua oriundus ex prosapia Elhazaris &c.

2.

Nomen אדם usurpatur (1) specialiter sive appellativè, sic utrumque sexum Masculinum & foemininum notat, ita accipitur Gen. I, 26. נעשה אדם *faciamus hominem.* Sic cap. V, 2. VI, 1.3.7. (2) Individualiter, pro primo parente generis humani, ita Gen. II, 19. 23. III, 8. 9. 12.

3.

Nulla lingua est innata, quia (1) Vocabula non naturâ sed ex instituto Lib. I. de interp. c. I. significant.

ficant. (2) Omnis Lingua usu discitur. (3) Animus noster ad quasvis addiscendas linguas est idoneus. (4) Quia dediscuntur linguæ, nisi exerceantur. Natura homini dedit linguam nullam, ut possit addiscere omnem.

4.

Lingua Chaldaica & necessaria est & utilissima: *necessaria*, quia sine ea nec Daniel nec Esra intelligi queunt; *utilissima*, quia aut infinitæ linguæ Hebreæ voces obscuriores, locutiones irregulares, schemata ambigua dilucidat & explanat, aut Hebraico sensui concorditer conveniendo, eundem firmssimè corroborat, vel contractum & concisum dilatat.

5.

Linguam Syriacam fuisse tempore Christi Judææ vernaculam, testatur Lucas Evangelista Act. I,19. ubi dialectum seu idioma vocat Hierosolymitanum illud, in quo ager sanguinis dicitur Ακελδαμὰ, quod in nulla alia, præterquam Syriaca Lingua ܚܩܠ ܕܡܐ invenitur. Hac lingua primum Evangelium in N. T. à Christo afflictis cordibus est nunciatum: hac etiam ii, qui inter gentes Antiochiæ, quæ Syriæ Metropolis, id ipsum prædicatum, ovante animo susceperant, primum ܟܪܣܛܝܢܐ sive ܡܫܝܚܝܐ nominati fuerunt,

runt, teſte Luca Act. XI, 26 Utilis ea eſt (1) in variis lectionibus. (2) Etymologiis nominum Propriorum: (3) in ſignificationibus vocabulorum ſimplicium, (4) in Phraſium integrarum ſenſu indagando. (5) in confutandis Adverſariis, qui ſæpius ad hanc verſionem provocant.

6.

Rabbinica ſunt neceſſaria. Münſterus in præfatione in Biblia ſua ait, neminem absque explicatione Rabbinorum textum ſacrum rectè intelligere vel interpretari poſſe. Commentatores Rabbinicos facere ad textum Biblicum vel inde conſtare poteſt, quod voces Hebraicas difficiles optimè explicent; quod Phraſes Hebraicas expoſitionibus ſuis clariores reddant; quod Antiquitates utriusque Teſtamenti tradant; quod denique in verſionibus vernaculis efficiendis magnum præſtent uſum, ſicut expertus eſt Hieronymus. Lutherus aliique.

